causa suspitiōis: vt dicit glo. predicta ergo zc.

Regula. lxxix.

**Debitor** si cessionarius ei notificet ne cedētī pecuniā sol-  
uat si aliū faciat nō liberat̄ tex. ē i. l. iij. C. d̄ noua.

**Primo** fallit ubique notificavit s; nō expōit  
 cām debitori quare nō deberet sol-  
 vere ipsi cedenti: q; tunc libere t ei solvendo liberat  
 facit ad hoc illd qd tenet bal. in. l. si. l. viij. oppo. C. d  
 edic. diu adri. tol. z tenet bar. i. l. si q; inficiss. ff. de  
 positi. z in. l. nō solū. §. morte. ff. de no. ope. nli. in. r.  
 col. in materia ptestationis. z iō ibi glo. fm eū cau-  
 tela est qñ denunciat debitor ne soluat q; credi-  
 tor ei legat instrumentū debiti vel: copā penes euz  
 dimittat. put. ex tex. in cle. causam eū glo. de elec. al-  
 leg. per. Bar. in. d. §. morte vt per Carth. singulari-  
 ter in. l. exasse. ff. ad trebel.

¶ Limitatur dicta regula non habere locum.

¶ Limitatur vt no. p bal. in. l. si pecuniam. ff. de leg. s.  
 vbi p illū tex. dedit aliā notabilē limitationem ad. d.  
 l. iij. z vide bal. in. l. qñ ibi. C. de here. z sciō. ven. z in  
 l. pacto successorū. C. de pac. z in. l. qñ hominē in. §. s.  
 ff. de solu. z p An. in. l. post cōstitutū. ff. de consti. pe-  
 cu. vbi dat aliā singu. limitationē et p allegata. l.  
 xij. C. de noua. in fi. ¶ Regula. lxxx

**Debitor** licet creditori suo cōtra suū de-  
 bitorē actionē cedat cessione tñ  
 nō obstante cōtra ipsum agere z exigere poterit. l.  
 iij. C. de noua. in fi.

**Primo** fallit vbi cūq; in instrumento cesso-  
 nis exprimitur q; sit cesso debitor: z  
 q; omnia iura cedantur z q; cedens non solū trāsfe-  
 rat oēs actionē quā habet cōtra debitorē suū: s; et  
 cedat z trāsferat omnē spē et exercitiū actionis ita  
 q; apud cedentē nullē remanent actionum reliquie  
 cū eo casu cedens nullo casu possit agere contra de-  
 bitorē contra quē est facta cesso quod alias pos-  
 set vt illis tribus casib; us no. tenet frāde. cor. in  
 suo opere iudiciali in vlti. parte. r. q.

¶ Fallit dicta regula qñ fieret delegatio z sic q; de-  
 bitor promittat solvere illi cui iura cedant: q; tūc et  
 delegas nullo mō poterit agere contra debitorē.  
 vt est casus in. d. l. in pñ. C. de nouatio. s; istud nō p  
 possz fieri primū. s; s; iō meli. ¶ Regula. lxxxj.

**Debitor** non habens vnde saluat regula-  
 riter in corpus iuere debet a. l. si

a ¶ Debet de-  
 clara hanc re-  
 gula; vt p glos.  
 l. in. si. in regu.  
 peccatū de reg.  
 in. in. vj. z gl. in  
 p. habent in. c.  
 sicut dignum.  
 de homi. q; dñt  
 q; si talis puni-  
 tur in persona  
 et veniat ad  
 meliorem fortu-  
 nam non vepa-  
 ditur amplius  
 in pena tex. est  
 in. l. sed si min;  
 §. si ante. ff. de  
 iureiuran. al-  
 leg. p sing. per  
 ro. singula. suo  
 xxx.

id quod. ff. de iuris. om. iud. z. l. municipia. C. de seruis fugi. facit tex.  
 in. c. si. de dolo. z. cōtu. l. si. de in ius vocan. cum simi.

¶ Amplius procedere: etiā si talis solvēs in vno nummo deficeret fm  
 Bal. in. l. ch' sit. C. de sepul. vio nisi forte p erroiē hoc factum esset fm  
 Bal. in. l. quis in. si. ff. de condi. z demon. quē sequitur. Imo. in. l. s. ex  
 ecutione de verbo. obli.

**Primo** fallit q; dicta regula pcedit in delictis sec<sup>o</sup> aut in ptractib;  
 vt est glo. no. xij. q. vi. in. c. si res z bal. l. d. l. d in ius vocan.

¶ Fallit nisi delictū esset leue puta: q; est rept<sup>o</sup> de nocte nā si non  
 posset solvere libras q; sūt. pena cūtis de nocte nō puniret corpale lz  
 nō heat vñ soluat ita z bal. l. qñ cūq; C. de ser. fugi. in mēta iponitura

¶ Fallit nisi pena pecuniaria esset applicāda alicui: z ille non pete-  
 ret penā corpous fm bal. in. l. et q; si minor. §. quod seruus. ff. de mi-  
 nor. in. d. l. si. z Inn. in. c. odoardus. de solu. Bene va.

¶ Fallit in psona nō vili sed solū pcedere in psonis vilib;: q; in non  
 vili ois minima corpals excederet pecuniaria. le. in. seruo. ff. de pe-  
 nis z ita expōse voluit Bar. l. §. ff. eo. ti. z Saly. in. l. z si seuerior. in  
 iij. colū. C. de infa. qd tñ limita nisi illa pena pecuniaria esset extra  
 ordinaria. ita no. Bar. in. l. illicitas. §. si. ff. de offi. pñ. Bene. va.

¶ Regula. lxxxij.

**Debitum** per diuturnas solutionē probatur. l. cum de in-  
 rem verso. ff. de vsu. z ibi plene per bar. et glo.  
 in. l. seruitutes. ff. de serui. in titu. generali.

**Primo** fallit hec regula in nonnullis casibus in quib; casib;  
 p doc. in. c. si extra de causa; posses. et proprie.

¶ Fallit in ecclesia vel in pillo. vt voluit Bal. in. d. c. si. l. cum indebi-  
 to. ff. de probatio.

¶ Fallit quotiens cūq; q; debitu petat z ei<sup>o</sup> cōe non resistat: q; tunc  
 non sufficit allegare titulū nisi pbeatur: vt hñ in. c. s. de pscript. li. vj. se-  
 cus aut si ius cōe nō resistat. p Abb. in. d. c. si. z plen<sup>o</sup> in. c. puenit. ad  
 si. de cēll. z vt per Bal. in. d. l. cū de in rē pso z Bar. et bal. in. l. si certis  
 annis. C. de pac. vbi per Alexan. z doc. ¶ Regula. lxxxij.

**Defensor** alieni litis nemo idoneus sine satisfactione in-  
 telligitur. l. qui proprio. §. z qui. ff. de procur.

**Primo** fallit qñ dñs liberasset meā satisfactiōe instrō mādātū  
 vt no. Ang. in. l. filius familias. ff. qui satisfada coga.

¶ Fallit qñ venit ad defendendū vñi articulū cause vt not. Ange. in  
 d. l. filius fami. qui allegat glo. singu. in. l. in eo. §. de reg. iur.

¶ Fallit in prelato ecclesie qui non cogitur satisfacere vt per Ang. in  
 d. l. filius fami. ff. qui satisf. cog. Inno. c. veniens de accu.

Regula. lxxxiii.



**Delegari**

nō pnt es que meri seu mixti impj sunt. l. imperium. ff. de iuris. om. iudi. z ibi glo.

**Primo**

fallit quādo iudex pficiscit p aliq interesse publico. z si ex necessitate eum contingat

abesse: vt. l. i. §. j. ibi glo. ff. de offi. eius cui man. est iuris.

fallit in proconsule: vt. l. solent. de offi. procon.

fallit quando iudex prohibetur intrare prouinciam: vt. l. aliquan doff. de offi. pro con.

fallit ratione minoris: vt. l. sicut. C. vbi z apud quem.

fallit de iure canonico fm Joan. an. in cle. i. de offi. dele. in glo. ij. mouet per tex. in capi. in archiepiscopatu. eē de rap. licet. Imo. dicat contrariū in. c. super questionum. de offi. delega. z has fallen. ponit Benedict. de barf. in. d. l. imperium. ff. de iuris. om. iudi.

Regula. lxxxv.



**Delegatus mul**

ctam inferre non potest. l. ij. §. si. ff. de iudi.

**Primo**

fallit in delegato ad vniuersitatē causaz vt in. l. ij. C. de spouu. et not. glo. in. l. pom

ponius. alias est in. l. suum. ff. de re iudica.

fallit vbi esset quis delegatus ad causam specialem: qz tūc talis potest mulctare nuncium fm bald. qui ta limitat. d. l. secundam.

fallit in delegato principis qui etiam potest penas maximas imponere: vt tenet Anto. debet. in. c. pastoralis. in fine de officio deleg. et in capi. de causis eodē titu. Sed Johannes de imola reprehendit eum in. d. c. de causis. qz immo talis delegatus non possit maximas penas imponere.

fallit in delegato ab inferiori quia alias iurisdictionem suam tenere non possit nisi penam inferendo: ita tenet Imo. in. d. c. pastoralis et ang. in. l. j. ff. si quis iudic. nomen obtempe.

fallit in delegato cui specialiter mandata est potestas mulctandi: vt in. l. ij. ff. de iudic. sed hoc vltimum reprehendit canoniste in. c. j. z in. d. c. de causis. in glosa. et in ca. pastoralis. eo. titu. et Spec. in titu. de sententie prolatione in. §. species veri simile est. zc. z Innocētius in cap. dilectus de penis. et Bartho. in. l. si qua pena. ff. de verborum obligacione. et Hosti. in summa in titu. de sententia. §. hic noto quid sit multa versu. in ordinarijs et Antof. de but. z Joan. de imola. in. d. c. de causis. et Ang. in. d. l. si quis iudicem non optempe.

Regula. lxxxvi.



**Delicta**

paria mutua cōpensatione tolluntur viro atqz vxore. ff.

sola. ma. l. j. §. idē aduerte. ff. ne qd in lo: co publi. z. l. si duo. ff. de dolo. cum simi.

**Primo**

fallit vbi cūqz delicta cōmutarent z essent diuersa exm si tu tenes equū

meū z mihi petēti denegas et aufero tibi violēter. tū dabit tibi actio vi bonoz raptorū z me: qz i b nō d3 fieri cōpēsatio ex q delicta cōmittūtur z sūt diuer sa. Ita t3 no. in. c. sicut. z secūdo. de iureiurādo.

fallit qn agitur de pena applicāda fisco siue sit specialis siue tpalis siue pecuniaria: qz tūc nō pōt fieri cōpēsatio: sed nō sic quādo pena venit appli canda parti. Ita voluit Imo. in. d. c. sicut de iureiurādo. rāde.

Regula. lxxxvii.

**Delicta**

extra territorij cōmissa p inferi orē papa vel imperatore puniri

nō pnt nec cōtra ipsos delinquētes pcedere nisi ibi domici. iū hēat. ter. est. in. c. si de foro cōp.

**Primo**

fallit in heretico qz cōueniri pōt. vbi repitur z in eū iurisdic. cōcedit p vni

uersum orbē. lx. q. iij. cūcta p mūdū. xcvj. di. ca. sūm perator. vbi est psona heresim cōmittit. pueniri po test: de heretici. c. si in. vi. fm domi Anto.

fallit in alio crimine cū sūr cōmittitur in psonā vel in rem vt est fur cum vadit cū re furtina.

fallit in raptore virginis cum talis possit vbiqz conueniri. l. raptores. C. de epif. z cle.

fallit in officialibz q ab officio au fugiūt cū pos sūt vbiqz conueniri. l. nullus. C. de senten.

fallit in illis qui sup executionibus aliquos con cusserunt. l. ij. C. de decu. z. l. coharta. fm do. Nico. in. d. c. si extra. de foro compe.

fallit a in vagabūdo q pōt cōueniri vbi in uenit: vt voluit glo. i. l. heres absens. ff. de iudi. z in

lei. §. si. ff. ad muni. z Jo. calde. i. c. eē de rap. Et ita cōiter cēsent in vagabūdo q nō h3 certā. z firmā ha

bitationē vel domiciliū vt voluit glo. in. l. iij. §. pre tor. ff. de dā. infer. z p Dy. z Bar. ita t3 tenet z voluit Dy. in. l. j. vbi. de eri. sgi. opoz. de quo in. d. l. lei. §. si

Sexto fal lit. Uide Barto. ce po. in cōsi. li. vbi etiā an bar nitus dicat vagabundus.

p glo. 7 Buil. i Spec de cōpē. i addi. in. s. j. h. s. pone tibi p Jo. an. qd etiā locū h3; in expulsis z bānitis q sunt vagabūdi n̄ alibi non eligat domiciliū nec est spes q cito reuerſūtur cū tales tanq̄ vagabundū d. possint vbiq̄ cōueniri. ut fuit de mēte Buil. ut ibi dicit not. si vero aliquis eligat domiciliū: tūc poterit ibi conueniri fm̄ do. An. in. c. si. ex de fo. cōpē. z ibi p do. Nico. ¶ Regula. lxxviii.



**Denunciatio** supra obligatiōe q̄ prius vel p̄ suam sublata ē fieri p̄t. l. j. z. s. n̄r̄ postea. s. j. ff. de iur. iur. z. l. si q̄s totū. s. plene z. s. si quis ancillā. ff. de excep. rei iud. z per Bar. in extranagā. ad repi. in h. per denunciationem z per cano. in. c. nouit. extra de iudi.

**Primo** fallit qn̄ talis sn̄a non trāisset in rē indicatā cū tūc uerti possit ad denūciationē rōne p̄ci fm̄ do. Anto in d. c. nouit. s3; hoc forte nō est vez cū possit appellari: z sic iusticia nō deficit. put̄ requiritur ad hoc vel ad denūciationē recurri possit.

¶ Fallit qn̄ pars nō fuisse negligēs in appellādo: sed. ideo non appellasset: q̄ timeret tyrānidē supioris cū tunc nō possit recurrere ad supiorē ad quē est appellādū iuxta no. in. c. si. extra de appel.

¶ Fallit qn̄ ille q̄ succubuit facit qd̄ potuit ut qz appellauit et succubuit cū etiā tūc possit recurrere ad ecclesiā p̄ hāc viā fm̄ ipm̄ d. Ant. z ita pōt p̄cedere dictū hostiē. i. c. nouit de iudi. qui dicit qd̄ denūciari possit iniuste obtinēs. Et b̄ forte nō est vez qz post sn̄am nō est ad modū licitū dicere de iniusticia ut voluit Barto. in. d. h̄bo. p̄ denūciationē. z hoc nisi ipsa iniusticia eēt notoria vel de ea causaret̄ excōfessioe p̄ actū iuxta nota. p̄ Inno. ex de immuni. ecclia. qz pleriq̄ fm̄ Jo. an. de imo. in. d. c. nouit ad hoc qd̄ no. p̄ Bal. in auc. ad hoc. C. de vsu vbi dicit idē esse si posset p̄bari de dolo/an̄ aut̄ denūciari possit vide ad hoc qd̄ no. ex de positi. c. grauis. z ibi Bal. z no. in. d. c. qz pleriq̄.

¶ Fallit qn̄ iniusticia sn̄e z ei⁹ vicisi nō pōt p̄ partes remitti cū tunc possit denūciari: imo z tūc agi possit de iure ex quo nō trāsit in rē indicatam: ut patet in cā in r̄moniali. ex de rei iudi. c. latoz. et. c. consanguinee. ad hoc not Bar. in. l. qui exceptionē. de cōdi. indebi. z hoc voluit Bar. in. d. ver. per denūciationē. z do. Anto. in. d. c. nouit. de quo vide latissime per canonistas. ¶ Regula. lxxxix.



**Denunciatio** de iure nō creditur etiā si de publico electi sint fm̄ Barho. in. le. diuus. ff. de custo. reo. et. l. in. le. ea quidem. C. de accu. et per glo. et. Bart. in. l. j. s. quies. de offici. p̄fese. vide late per cano. in. c. p̄terea. de testibus cogen. facit. l. j. C. de curioso. lib. xij.

**Primo** fallit qn̄ ipsi denunciatores denūciarēt seu referret̄ eorum factū propriū ut qz citauerūt seu requisauerūt seu renūciauerūt cū tunc eis credat̄. l. magis p̄nto. s. ne r̄n. ff. de reb. eorum z hoc voluerūt doc. in. d. l. ea quidem. C. de accusa.

¶ Fallit quando deputati essent ad denūciandū factum: qz referret̄ ex auditu z fama: cū tunc licet non bene credatur tū creditur quo ad hoc ut veniatur ad inquisitionem z ita probat text. in. d. l. ita diuus: vbi Bar. hoc etiam tenet.

¶ Fallit qn̄ statutum vel consuetudo hoc disponderet ut eis credatur cum tunc credatur: ut voluit Bar. in. d. s. quies.

¶ Fallit qn̄ essent deputati ad denūciandū. illud qd̄ re ipsa inueniant: videlicet ipsos ludentes vel portātes arma vel qd̄ simile cū tūc si denūciēt talia crimina eis credat̄: ut. d. s. quies qd̄ est verū si sine leuia ut ibi. l. leuia. ff. de accu. secu⁹ aut̄ si aliud esset: ut. d. l. diu⁹. l. ea quidē. z tūc hoc verū qn̄ essent salte duo denūciātes: ad hoc gl. no. in. lictus fustis. ff. de infa. alias si vn⁹ tunc eidē v̄f credi de facto alteri⁹ maxime qd̄ ad denūciationē: ad hoc. c. l3; ex quadā extra de testi. fm̄ do. Nico. in. c. in p̄ria de p̄ba. sed illud. c. hoc non p̄bat cū loquatur in grauibz z in teste. ut ibi v̄f forte dicendum qd̄ in istis leuibz credendū erit vni etiā qn̄ ad hoc esset deputat⁹ ut crederet̄ alicui in spectantibus ad eius officiū: ut. l. magis p̄nto. s. cuius officiū. ff. de reb. cre. z. l. si quis decurio. ff. de falsis. ad hoc etiā qd̄ no. in. c. qm̄ contra extra de proba. per Inno. in. c. licet v̄ndicq̄. extra de testi.

¶ Regula. xc.

**Dies** regulariter pro homine interpellat. l. traiecticie. s. de illo. ff. de acti. z obli. l. magnam. C. de contrahen. z comitten. stipula.

**Primo** fallit in die apposta gratia multiplicande obligationis: qz tunc dies non interpellat pro homine nec constituit debitorē in mora: ut no. Bar. in. l. j. in si. ff. de penu. lega.

¶ Fallit qn̄ tps est appositū gratia finiende obligationis: puta dicit volo te teneri vsq̄ ad mēsem z vltra etiam volo teneri: tunc em̄ dies non interpellat pro hoie: casus est in. l. ex empto. s. deniq̄. ff. de actio emp. quē tex. ad hoc propositum gl. alleg. in vsibus feudo. in titu. de eo qui interficit fratrem dñi sui. s. si.

¶ Fallit qn̄ dilatio vel dies est nimis breuis tunc dies nō interpellat p̄ hoie ita colligit Bal. in. l. si mihi: z tibi. s. si q̄s seruos. ff. de leg. j.

¶ Fallit in die nō legali neq̄ tacita: qz tunc dies non interpellat pro hoie: secus in legali z tacita: ut. l. ij. C. de iure emphi. z in. c. potuit. de locato. rest glo. vulga. in. l. mora ff. solu. matri.

Regula. xcj.

In termino iude al. qd p fe. in c. j. de ptecri pri. in. j. col. h. z ca. iste tex. z vnu dcm in. c. q ad cōsultationē in pe. co. h. iij. con clusio de re iii.

**Dies** termini non cōputantur i termino a l. j. ff. si qd cau. z no. Spec. lai. de app. s. restat l. h. nūqd Bal. i. l. eos. s. snasit. C. de app.

**Primo** fallit in tpe signato p naturā cū vīa nature sp sequi habeam⁹ z nō artio qz tūc cōputat in termino fm Bal. i. l. gall⁹. i ultimo qsto. ff. de libe. z posthu. z in. l. q etate. ff. de testa.

Fallit qn̄ interest magis ei⁹ cui est assignat⁹ tera min⁹ verbi grā si interest sua: qz illa die pduxit in: ra sua: qz dies termini cōputatur in termino vt nor. glo. in cle. j. de appel.

Regula. xcij.

**Die** feriato ad aliquē actū iuridicum proce dere potest. l. j. c. si. de ferijs. z. c. si. z ibi per doc. eo. titu.

**Primo** fallit in appellatione que pōt inter poni tempore feriato. l. j. C. de ferijs

Fallit qn̄ res vel actio ipsa esset peritura vt p gl. antepñ. z ibi p gl. in. d. c. de ferijs. quo casu. dici pōt qz sublit necessitas: vt in. d. glo. prealleg.

Fallit qn̄ subesset necessitas vt ibi tex.

Pietas. vii de federi. de se nis in pñ. xi. Be ne va.

Fallit qn̄ subesset pietas: b vt plenus no. in d. c. per glo. Fallit in causis specialibus circa qz dicit vt no. in cle. sepe de ver. signi.

Fallit in executione sentētie circa quod dic vt ple nius. in. d. c. si. de ferijs.

Fallit i libello q tpe feriato offerri pōt vt no. l. l. mi les. s. sexaginta. b adul. z i. d. c. si. z. c. j. de libel. obla.

Fallit qn̄ interuenerit p̄sensus p taciturnitate: z tunc pcedi pōt die feriato ob reuerentiā dei z in fe rjs repentinis: vt collit in. d. c. de ferijs in tex. z ple nius ibidē in glo. ij.

Fallit in actionib⁹ voluntarie iurisdictionis in qb⁹ cessat strepit⁹ iudicioz: vt voluit Inn. z hosti. i. d. c. si. dicēs q iudex pōt interponere officii suū circa p̄positionē maxie vbi ē piculū alay qd etiā voluit glo. ibi qz oratio voluntarie iurisdicio nis exerceri pōt tpe feriato et i honore put est scri bere z cōficere instrumentū publicū vel emancipare z similia facere: vt voluit Sec. eo. ii. s. sequit ver. qz si clarus in ver. porro. z vide latius de his p doc.

in. d. c. si. de ferijs.

Fallit in sn̄a excōcations q fieri pōt tpe feriato in honore dei etiā si requirat cause cognitio cū valeat h̄sit iniusta. prout voluit Lapus in cōs. xij. z. xij. z habet. ij. q. j. in summa. z xi. q. iij. in summa. z. c. sac. de sen. excō. put etiā cōfirmat Lapus ibi in. d. cōs. xij. licet loquat in fe rjs messū nā rōnes sue cōcludit etiā in ferijs in honore dei z repēti nis: hoc nō videt verū q excōcatio talis fieri pōt in dieb⁹ feriat⁹ in honore dei z si fieret h̄ valebit nisi necessitas vt pietas aliō suadeat vt v̄ velle do. Anto. in. d. c. si. de ferijs p illū tex. z ibidē videt velle qz idem sit in ferijs repentinis q equiparant. l. omnes. C. de ferijs.

Fallit qn̄ citaret aliquis die iuridica ad diem feriatē: cum tunc va leat talis citatio siue fuerit expressa in tali cautione dies feriatā siue non adeo q ipse citatus tenebitur comparere in die sequenti non fe riatō cū videantur esse duo precepta videlicet vt cōpareat z ad diem cōpareat arg. extra de dolo z cōtu. c. csi dilecti. z si nō impletet fm im pleat primū v̄ vt cōpareat cum potest z sic die sequenti prout vide tur velle Inn. in. d. c. si de ferijs residēdo in hac opi. s̄ videt sequi gl. xv. q. iij. de quib⁹ vide latius p host. z doc. in. c. si. de ferijs.

Fallit qn̄ qd citaret die feriato ad diē nō feriatā cū tunc valeat ta lis citatio vt tenet Dy. in. d. c. si. mutando suam opinionē quā tenuit prius. vt. l. j. s. nunciato. ff. de no. ope. nū. cū effect⁹ citationis dirigat in tps̄ p̄cessum. ff. de dona. inter virū z vxo. in. c. si. cuius opi. de cōsue tudine nō seruat: vt p Jo. an. in. d. c. si. circa q̄ dicas vt recollegi ex pre dictis eius dictis z aliorum.

Regula. xciii.

**Dilatione** pendēte nihil innouanduz est. l. siue ps. C. de dilatio. cū simili z tex. gl. z doc. in. c. ij. z. c. pre. terea extra de dilatio. z in Abba. in. c. significante de appel.

**Primo** fallit si detur super aliquo articulo nō cōtēto in pri ma dilatioe nec sic illi preiudicat vt si data sit dilatio ad probandū per testes nam illa pendente pōt dari altera ad probā dum per instrumentū. l. generaliter. s. nullo. C. de rebus credi. sed si esset preiudicialis ad primam secus esset. vt. d. l. siue pars.

Fallit nisi prime dilatiōis cā sit finita vt si statuit iudex. x. dies ad veniendū z ille venit prima die: nā nō debet quiescere officii in oib⁹ illis dieb⁹. casus est no. in. l. si a filia. s. si. ff. ad trebel. p hoc. l. ij. s. sti chus annua. ff. de stat. lib. z has duas ponit Bart. in. l. ij. ff. de re iudi. e eodē modo si queratur an possint dari simul due dilaciones p vna ad duplicē actum q sic simul illi act⁹ examinari nō possunt argu. ad hoc in. l. qui. de inoffi. testa. z in. l. j. ff. ad exhiben. z idem tenet Jaco. de bu. in. d. l. siue. pars z oīno gl. Jo. an. in. c. p̄stitutiones de sen. excō.

## De regulis incipientibus

lib. vj. in ver. vna pro omnibus vbi probat formaliter quomodo vna  
citatio pro omnibus sit fienda.

¶ Fallit d. l. siue pars: et similes qñ index ipsam dilationē reuocaret  
vt ibi p glo. et Jun. in. c. sed significāte extra d̄ appel. qđ facere posset  
cum causa vel sine qñ incōtinenti reuocat item ex intervallo quādo  
partium non interest fm Anto. de but. ibi et c.

¶ Fallit nisi ex causa suspensionis innouet: vt in. l. ait p̄tor. §. si debi  
torē q̄ in frau. credi. et ita dicebat do. Dyoni. de peru. in. d. l. siue pars  
pro hoc etiā rex. cū glo. in. l. questum. ff. de penu. lega.

¶ Fallit vbi innouet i fauore illi⁹ cui dilatio data est. ff. de here. inst.  
l. si quis instituatur. et l. iij. §. deueniat. ff. ad carbo. et ibi tenet. Bal. in  
l. qui fauore. C. de legi. p̄ tex. ibi. et Bal. in p̄inci.

¶ Fallit nisi per alterā partē innouet fm Juno. in. c. significante.

¶ Fallit nisi de consensu partium quia iudicis officium in terminis  
non est extinctum sed dormit fm Anto. de but. in. c. significante et hoc  
dicit Bal. in. l. cū antes. C. de arbi in fi. penul. col. vbi pendente dila  
tione iudex habet iurisdictionem sed nō exercitiū iurisdictionis cōten  
tiose: vt. d. l. siue pars.

¶ Fallit in procreatione dilationis fm Bal. in. l. si quis seruo. C. de  
fur. alleg. in. d. l. siue pars conuincto. d. c. significante. facit q̄ iudex a  
quo pōt pendente appellatione appellātem cogere prosequi ap  
pellationem. vt in. c. consuluit de appella. no. in. c. cum appellationi  
bus. et in. c. non solum eo. titu. et in. c. cum in antiquis. tex. est in. l. licet  
§. imperator. ff. vt lega. no. caue.

¶ Fallit vbi p̄mittit vel mādatur q̄ interim aliqd̄ expediat: vt extra  
de priuile. c. cū olim. et fm Anto. de but. in. c. significante.

¶ Fallit vbi cognito: tolerabilr̄ ignorat dilationē vt si erat commis  
sa cognitio de qua nihil constat priuato: nam aduocatur sibi cog  
nitio et alteri committitur vt procedat et attendat ad omnia que pera  
cta sunt. quia qui aliquid postea facit ignorantia dilationis concessit  
certe valet: sicut dicimus in iudice a quo. qui potest pendē re: appel  
latione innouari quando ignorat appellationem vñ in. c. si duo. de  
appel. et no. in clemen. §. eo titu.

¶ Fallit nisi innouetur ratione concessionis a parte facte pendēte  
appellatione sicut potest iudex a quo pendente dilatione notorium  
delinquentem punire: vt in. c. p̄posuit de appel. et in Spec. de appel.  
ij. parte. §. penul. et hoc i cōfessione facta i iudicio q̄ trāsit ad notoriū  
vt in. c. appellanti. et no. in. l. §. C. de confes. cum simili.

¶ Fallit nisi dilatio sit nulla: quia concessa est sine cause cognitione  
l. §. C. de dilatio. l. oratione. C. de ferijs. l. cum hie. §. p̄tor. ff. trans.

a littera D

fo. xliij.

glo. et Bar. in. l. cū p̄ §. curator deleg. §. sicut videm⁹ quando appel  
lare potuit: vt in. c. nō solū et per glo. in p̄bo casibus de appella. in. vi.  
p̄ Juno. in. c. pastoralis. de offi. dele. vbi vñ q̄ iudex a quo pōt facere  
dicto casu executionem nō obstante appellationis pendētis.

¶ Fallit nisi constet dilationē fuisse manifeste petita calūniose p̄ id  
qđ no. glo. in. d. l. si. ff. de ferijs et in. l. q̄ quō. §. si p̄ de bonis libe. ff.  
cū sibi et facit qđ no. Juno. in hac. l. et in. c. ch̄ ex litteris de i. inte. resti.  
vbi et q̄ impedit executionē nisi si nō sit malitio se petita als secus.  
¶ Fallit si alia dilatio detur quia pendente dilatio alia dari po  
test vt incipiat illa finita. l. quandiu et ibi per Bar. ff. de acq. heredi. et  
vide Lapum allegatione. lxxij.

¶ Fallit qñ finita esse causa dilationis: vt si data esset dilatio ad pro  
ducendū instrumēta x. dies et prima die sunt producti: nā tunc non  
debet iud. officiū cōquiescere: vt probatur in. l. ticia. §. vsuras. ff. de  
leg. ij. et in. l. si quis ita heres stipulatus fuerit. ff. de acq. heredi. et  
in. l. iij. §. Stichus autem. ff. de sta. libe. el. et in. l. filia. §. alumno. ff. ad  
trebel. et propterea Paul. de cast. in. d. l. si quis heres et in. l. si. C. qui  
admit. dicit se consuluisse q̄ si statutum dies habeat terminū. lx. die  
rū ad p̄sequēdum q̄ si appellatio fuerit interposita primo die tūc nō  
expectatur x. dies a die appellationis. nā incipiunt currere. xl. dies  
ad prosequendū qđ an sit verum dubito propter dictionē post que  
denotat quandam temporū extremitatem quasi sentiat q̄ functis x.  
diebus incipiant lx. dies prout dicimus de dictione tantum que ex  
tremitatem significat temporis. vt in. l. si heres legatus. §. ff. de cō  
di. et demon. que si apponatur in dilatio non facit cessare causam  
dilationis: vñ est casus in. l. usufructum. ff. de usufru. leg. et in. d. l. si  
heres legat⁹. §. §. per que iura limitat secundo loco dicta regula.

¶ Fallit nisi iudex velit procedere ad penit⁹ diuersa vt si est data di  
latio ad examinandū testes poterunt p̄duci instrumēta: q̄ hoc nō  
p̄iudicat testis examinatioi vt probatur in. l. generaliter. §. his de  
p̄sentibus. C. de reb. credi. et ibi hoc no. Bar. et in. d. l. siue pars. et in. l.  
ij. ff. de re iudica. vt etiam supra in prima fallen. dictum fuit.

¶ Limitatur nisi dilatio esset inutilis. vt in. l. cum pater. §. curatoruz  
ff. de leg. ij. quia frustra expectatur illud cuius euentus nihil operat  
l. continuis. §. cum ita in fi. de verb. obli. et has limitationes ponit.  
Ant. de but. in. c. significante. de appel. et Ludo de ro. in. d. §. alino. et  
in. l. quandiu. ff. de acq. here.

¶ Fallit p̄dicta regula nisi iudex velit ex causa ipsam dilationē bre  
uiare. q̄ quo ad illā breuiationē non cōquiescit eius officiū nā ex cā  
pōt illa interio cōtorta moderari. vt in. l. quod iudic. ff. de re iudica.



Limitat nisi pēdēte dilatiōe iste cui cōcessa ē effi-  
ceret suspect<sup>o</sup> de fuga: r has duas limitatiōes po-  
nit Bal. in. d. l. sine ps. Nā rōne supuētōis suspitō  
nis fuge nō seruabit dilatio sicut ēt nō seruant<sup>r</sup> fe-  
rie. vj. no. gl. dies festos. C. d. ferijs i gl. ij. q̄ ē singu.  
Fallit etiam hec regula in plibus casibus no. in.  
d. c. ij. r p bal. r d. Anto. in. c. significante vt lite pen-  
den.

Regula. xcviij.

Committit  
Adde do. pe.  
phi. cor. in cōsi.  
pctij. incip. vij.  
i litfa. r. r in p̄si-  
eclx. incip. vifai  
littera b. in fza  
pre q̄ dol<sup>o</sup> p̄su-  
mitur in et l q̄z  
actu illic. be. v.

**Dolus** p̄sumit quotiēscūq; aliqd de genere  
phibitorū cōmittit: a rex. est no. in  
l. si. conuiniij. C. de iureiurando cum similibus.

**Primo** fallit vbi cūq; verisimilitudo tolle-  
ret istam p̄sumptionē nā si p̄. pcutit  
filiū fratē r fratē vel soci<sup>o</sup> sociū in dubio nō p̄sumit  
fecisse p̄ dolū r aīo p̄mittēdi delictū: vt est glo. sing. i  
l. j. de sic. p̄siderat<sup>r</sup> th gen<sup>o</sup> armorū cū q̄. pcutit vt. d. l.  
r adde qd no. in. c. j. de p̄sump. r ibi per In. xxij. q. ij  
c. quod ait.

Regula. xcviij.

**Dolus** late culpe equiparatur. l. quod nera  
ua. ff. de p. cum si.

**Primo** fallit qd dicta r̄ta p̄cedit in civilib<sup>o</sup> se  
cus autē in criminalib<sup>o</sup>: qz vbi agit  
de pena r lex facit mētionē de dolo non venit lata  
culpa: vt est glo. no. in. l. in actionibus in glo. super  
verbo leuen. ff. de iureiu. l. j. §. si quis iuncto prin. ff.  
ne. vis fiat ei. r in. l. ij. §. hac actiōe hys demuz. ff. vj.  
bo. rap. r no. in. l. magna negligētia. ff. de ver. sig.

Fallit vbi cūq; lex exp̄sse req̄reret dolū: qz tūc r in  
cā pecuniaria siue sit criminalis accusatiuo siue ci-  
uilib<sup>o</sup> lata culpa nō eq̄parat<sup>r</sup> dolo ita no. voluit bar.  
in. l. j. §. nō aūt. ff. si q̄s i test. li. esse ius. sue. de hac ma-  
teris h̄r plene p bar. l. repe. l. qd nerua. ff. de po. bal.  
in. l. in actionib<sup>o</sup>. ff. de iure. r per Saly. in. l. j. ff. de po.  
si. aliquis in. l. ij. de proba. r in. l. ij. C. de noxa. r ple-  
ne p anto. de but. r Jo. de imo. in. c. c̄j. de p̄fel. r no.  
in. l. si mora. §. si culpa. ff. solu. mat. r bal. in. l. sui v̄e.  
C. de noxa vbi dicit qz in homicidio requirit<sup>r</sup> dolus  
et non lata culpa r per eundē bal. in. l. pignus. C. de  
pig. actio: vbi sing. d̄t qz in homici. appellatiōe cul-  
pe venit lata

Regula. xcviij.

**Dominium** per puoia possessus cūcta cū substantiuo al-  
teri<sup>o</sup> ḡnis vt argenti seu tritici significat. l.  
quint<sup>o</sup>. §. argēto. ff. de auro r argento. lega. r. l. q̄ habebat de lega. ij.  
fallit ex natura ei<sup>o</sup> cū quo loquit<sup>r</sup> vt. si dico lego seruus

**Primo** pecuniā meā nō intelligitur de dominio suo qz ipro-  
prietatē habere. l. iij. ff. de manu testa. r ḡnaline idē est dicēdū in mo-  
nachis r secularibus facit. l. plenum. §. equitū. ff. de. v̄su. r habi.

Fallit ratione proloquentis primi vt si colonus dicit meū cāpū vel  
ragocus meum equum: nam intelligitur quantum ad curam r sollē-  
tudinē: vt no. g. in. l. ij. in prin. ff. de reg. iur. facit. l. si cuz pupilli. §.  
item queritur. ff. de nego. gest.

Fallit ratione rei de qua quis loquitur: vt si legat aliqui oēs fa-  
mulos certe non intelligit<sup>r</sup> vt eos habeat in dominū vt. l. si cū exhibuit  
sent. §. i. de publica.

Fallit rōne amicitie r familiaritatis. qz sepe vulgariter d̄r amic<sup>o</sup>  
tu<sup>o</sup> suz r ille r me tuū eē recognoscas: nā ista p̄ba nō intelligunt<sup>r</sup> rō-  
ne dominū: s̄ quo ad fruitū glo. est no. in. l. fruct<sup>o</sup> ip̄ act<sup>o</sup>. C. in q̄b<sup>o</sup>  
causis. l. i. r. facit ad hoc. c. venissent. eē de insti r has limitatiōes po-  
nit Cepo. in. l. nominis r rei de verb. signi.

Regula. xcviij.

**Dominium** directū ex p̄scriptiōe nō trāsserit vtile rō sic  
l. traditionibus r ibi glo. Bar. no. C. de pac.

**Primo** fallit in p̄scriptione mere fauorabili: vt est casus in.  
d. l. in traditionibus. C. de pec.

Fallit in p̄scriptione c<sup>o</sup> mēoria nō extat. ita bal. in. l. i traditionib<sup>o</sup>  
Fallit qñ statutū dicit qz ex p̄ceptione q̄rat dñiū: qz si hoc erat in-  
ductū de iure cōmuni ad hoc aliquid operet<sup>r</sup> acquireretur directum  
dominium ita Bar. in. l. j. ff. de vsucap.

Fallit propter auctoritatē sc̄di decreti qz p̄scriptiōe acq̄rit<sup>r</sup> dñiū  
directū ita Bal. in. l. in possessionē. C. de bo. auc. iud. pos. q̄ hoc exami-  
nata leg. l. si finita. ff. de dā. infec. in. §. si qua sunt r in. §. si de vecti-  
galibus. r Ludo. ro. in. l. pretoris. in prin. eo. ti.

Regula. xcviij.

**Dominium** qñ in eius translatiōe error sit per tradi-  
tionem a domino rei factam nō trāsserit tex  
est no. in. l. iij. §. subtilius. ff. de condi. ob causam.

**Primo** fallit nisi fiat traditio auctoritate iudicis quia tūc lice-  
retur vt est tex. in. l. pōponius. §. si iussu. ff. de acq. pos. r idē dicēdū  
est qñ auctoritate arbitri iuris iuxta. l. cum specialis. C. de iudi.

**F**allit. d. §. subtilius et regula eius. qz locum nō habet in translatione que sit a lege vt est tex. in. l. is cui deleg. ij.

**F**allit vt nō pcedat qñ tractat de favore liberatiōis qz tñc dicitur error nō ipedit trāslatiōē dñi. l. si q̄ in pn. ff. si cer. pe. vbi ē tex. not.

**F**allit vbi error est. in recipiente non in tradente tex. est in. l. regu. la. §. qui ignorauit de iur. et fac igno. et facit tex. cum ibi no. in. l. eius. qui prouinciam. ff. si cer. pet. et ultra applicatur dispositio. d. §. subtilius ad translationē vsu capiēdi conditionis iuxta. l. clauib⁹. ff. de cō. trahen. emp. vnde ampliatur hoc magis: qz illud qd dicit in. §. subtilius v3 quando est error in translatione. quis traditur vt res recipiē. tis cum eius nō sit vt ibi idē est quando est error in persona illi⁹ cui traditur: qz est alia persona. Nam similiter impeditur trāslatio do. minij. vt est tex. in lege falsus. in pn. ff. de fur. Et si habes optimas declarationē in isto passu qz sicut error in ista trāslatiōē dñi impedit trāslatiōē dominij. vt. d. §. subtilius idē est in errore psonē vt in to. to ti. ff. de cō. di. inde. et in toto ti. de condi. sine cā. **Regu. xcix.**

**Dominij** in solidum plures eiusdē rei vel iuris esse nō pos. sunt. l. si vtero. §. si duobus vehiculū. ff. comino. et. l. ij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. cum simi.

**Primo** fallit rōne cōmuniōis sed non denominatione partiū sicut in lege ea que. c. sam. l. hercis. in rebus. C. de iure dotij. de qua in. l. ij. §. i. et le. per. rotam. ff. solu. matri: qz cōmunis est in. d. l. in rebus. arg. l. precipimus. in. sine. C. de appel.

**F**allit in. l. in suis. ff. de liber. et posthu. qz pater dominus est vere filius autem fide et sine administratione viuente patre l3 hoc in filio operetur plures effectus inter quos est qz in filijs non datur titulus pro herede. l. nihil. §. pro herede. facit. l. i. §. si impuberi. de collat. bo. no. et qz per Dy. et Barto. in. l. si. ff. de li. agno. et per do. et Bal. in repeti. tione in. d. l. in suis.

**F**allit quando diuersis respectib⁹ possunt. l. i. ff. si ager vectiga. et in. d. l. in reb⁹ scdm vnū intellectū per litterā ibi cū eodē res ab initio vxoris fuerit et naturaliter in eius permanserit dominioz q̄ius p. le. gum subtilitatē earū transitus in mariti matrimonij videtur fieri et per hoc. l. quis. ff. de iure dot. et. l. dote ancillam. ff. de rei ven.

**F**allit quia vnus potest esse dominus actu alter habitu: vt in le. gatariorū qui etiam adita hereditate est dominus habitu rei legatē. et potest intentare rei ven. cui videtur renunciare eligendo actionem personalem vel hypothecariam. l. i. C. communia dele. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. ij.

**F**allit in casu. l. adeo. §. cū in suo. ff. de ac. rez. do. vbi duo sunt dñi eiusdem sed hoc cōtingit aliter: et aliter qz dñs soli est dominus totū edificij in concreto sed dominus materie remanet simpliciter domi. nus ipsius non habito respectu ad formas edificij sicut in simili in. l. eorum iuncta. l. labeo. et. l. eum qui edes. ff. de vsucapi.

**F**allit quādo vnus pōt esse dñs commutabiliter l. in libello. §. si quis seruus. ff. de capi. dimi.

**F**allit in. l. xij. vt ibi no. per glo. ff. de vsufruc. et pprie sicut in simili sunt dñs et emphiteota vel feudatari⁹ et superficialarius. l. q̄ habet pre. cariam. et. d. l. i. ff. si ager vecti. et. l. i. de iure emphi. et in ti. ff. de superfi. et in titu. de feu. et in titu. extra de precario.

**F**allit qz legatari⁹ et dñs rei legatē tenētur fide a morte testato. ris. sed heres vere tenetur ab auditione et in seruitutibus iuxta. l. p. pter cum sua materia. ff. de serui. et. l. ij. §. ex his. et. l. stipulationes non diuidūtur. ff. de verbo. obliga.

**Regula. c.**

**Dominus** semel amplius effici nō potest. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapio.

**Primo** fallit in eo qui est dñs irreuocabiliter: qz tunc prescri. bit contra illam actionē p quā illud dñium potest re. uocari vt est tex. in. l. in libello. §. si quis seruū. ff. de capti. et postli. re. uer. per quē tex. dicit gl. sing. in. l. sequitur. §. fructus de vsuca. qz licet bonafidei possessor faciat fruct⁹ suos: tñ teneat restituere eos existen. tes et quaten⁹ est locupletior vt. l. fruct⁹. de rei ven. et. l. bonafidei. ff. de acqui. re. do. et istud est verū nisi bonafidei possessor tale fructus per biennij possederit: qz iuncillos nō restituet: et ita etiā ibi expresse te. net Bar. et in. l. ij. ff. qz me. cau. et ibi hoc multū cōmendat: et ita etiā te. net Cy. in. l. ancille. C. de fur. et Oldra. in suo p. si. xv. qz est notandū ad limitationem. d. l. fructus. de rei ven.

**F**allit quando essent plures cause eodem tempore concurrentes: secus qñ essent plures cause successiue: qz si quis ex vna plenū domi. nium consecutus sit amplius ex alia dominij consequi nō potest. ita Jo. fab. et Ang. are. et Nico. de neap. insti. ne acti. §. sic itaqz quos re. fert et sequitur Jas. ibidem numero. xvj. Bene. va.

**F**allit in habente vtile dominij vel ficti: secus autē si haberet dñ. rectum. glo. est in. l. i. C. de dona. que sub modo in glo. j. de quo tñ vi. de Cy. post. pe. in. l. es. in si. C. de condi. ob causam. et ibi Bal. in. l. q. et Dy. in. l. q̄ mortis. ff. de dona. causa mortis. Bene. va.

**F**allit in quasi dominio et consequēter in publiciana: qz quasi dñs bene potest fieri magis dñs vt per Jaso. in. §. sic itaqz. nu. xvij. et no. xix. vbi de tali limitatiōe dubitat put ibi latius per eū vide Bñ. va.

De regulis incipientibus.

Fallit in habere ex privilegio. speciali p. tex. in. d. l. i. bello. §. si quis servus. 2. p. l. in reb. C. de iure dotis. licet multi contrarii teneant ut refert 3. in. d. §. numero. xx. B. h. va.

**Domum** suam vsq. ad celum eleuare quilibet potest. l. altius. C. de serui. 2. aqua. Regula. c. f.

**Primo** fallit in pd. s. rusticis fauore agriculture: sec. in vrb. anis vt i. l. §. ff. de serui. rust. pd. s. 2. no. i. l. ff. C. de serui. 2. aqua.

Fallit qn ex speciali privilegio vel alicui ghaliter. concedat a p. nci pe 2. possit in loco publico edificare: obscurauit lumina vicini: vt est tex. no. in. l. §. merito. 2. §. dano. ff. ne quid in loco pub. vt vult glos. in. l. ff. de d. a. infec. secus si edificaret in area vel domo propria: vt in l. luminibus. ff. de serui. vrb. prodio.

Fallit qn aliquis vellet eleuare parietem cōem: quem i. vult esse pro priu ipsi q. non potest eleuare: secus si vellet q. esset cōs ille paries 2. tūc nō tenet ex edificatio: vt. l. q. dictum. §. si ex tribus. ff. de serui. vrb. predi. 2. ibi etiam ponit Bar. qd. no. q. quotidie est in facto.

Fallit in casu. l. ppria. ad fl. ff. de serui. vrb. predio. in quo q. nō pōt tñ eleuare domum ne obscuret in totum lumina vicini.

**Domū** renocandi privilegium regl. r. habet existens in curia pape vel principis ex causa necessaria vel probabi: li. l. §. sed agant. 2. §. legatis. ff. de iur. 2. glo. in. c. de foro compe.

Amplia pmo ne dū tale ius reuo. domū cōpetere reperit i curia roma sed in quolq. alio loco: vt p. do. Maria. soci. in. d. c. si. alleg. host. in. ti. 2. excep. §. qd. si. effec. ad finē. p. d. l. §. §. lega. ibi rome v. alio loco.

Amplia scdo hos ius cōpetere et si durante cā rome superueniret iusta cā renocandi domū ita Abb. do. Anto. 2. Jmo. in. c. si. de dila.

**Primo** fallit qn ibi ageret: quia tunc 2. ibi cōuenire posset: vt d. l. §. §. sed si agant vbi plene de hoc.

Fallit qn ibi deliquisset vel cōtraxisset: cum tunc pro his conueniri possit vt. l. nō alijs. §. i. 2. l. sequen. ff. de iudi.

Fallit qn esset cā q. celeritatē desiderat vel tpe peritura: vt est qn tractat cā electionis p. latoz ar. de appel. c. abbate. l. j. ff. de feris. se: ens aut si esset cā in q. nō versaret tñ picuiss vt si tractaret de electio ne canonicoz vt voluit Jo. an. in. d. c. si. q. est notandū.

Fallit qn conueniret finita cā necessaria: q. tūc cessat privilegium reuocandi domū vt si conueniret finita legatione. ff. ex qui. cau. malo. l. qui miteunt. §. si. 2. l. si cui. §. j. in Jmo. in. d. c. si.

Fallit qn recōueniret pro alijs q. pro his qui gesserunt in propria prouincia cum pro talibus non competat privilegium: vt. l. §. si. §. item

a littera D.

So. clv.

Extra prouinciam. ff. de iudi. qd. est verus tā in alijs quibus cōpetit hoc privilegium quā in legatis cū cōpetat hoc privilegium in omnibus preterq. in cōtra: ctibus iniurijs 2. delictis cōmissis ibi dum esset in le: gatione. vt. in. d. §. leg. quod etiam locum habet in peregrinis q. ipsis equiparantur. extra de priue. c. vnico secundū Jmo. 2. Jo. and. in. d. c. si.

Fallit dūmodo agat p. viā actionis: secus si intē: tant officij iudicis scdm aliquod post. gl. in. l. sed 2. si de iudi. §. Ang. ibi 2. tra cū sit eadē rō Bene. va.

Fallit in persona agente proprio nomine sec. si noie ei q. ipetrare pōt. ita tex. in. §. reuerēdissimi i auct. de sanctis Episcopis. Be. va. Regula. c. f.

**Donatio** facta a patre filio in potestate regulariter non valet a. l. do: nare de dona. inter virū 2. vxor. 2. §. C. de offi. dona. vbi nota. p. docto.

**Primo** fallit b. in filio emancipato: vt. l. libe ris. C. de colk.

Fallit si donat filio naturali. vt. l. omnes. §. luci ff. de his que in frau. credi.

Fallit nisi donat filio studioz cā vt dicit Bal. in l. ff. solu. ma. 2. in. l. qua potest. ff. fami. hercis.

Fallit in filio milite q. ea que veniunt includunt peculium castrense veluti arma 2. equos. vt. l. si fili C. famil. hercisun.

Fallit c. qn donat filio benemerito: vt in auc. vnde si parens. C. de inoffi. test. limita tñ hec singu lariter vt pcedat qn merita sunt equalētia donatio ni: §. si donatio excedat merita in eo q. excedit non valet donatio: q. hoc pacto p. facili merito posset pater vni filio donare oia bona sua 2. aliū penit. pri uare successioe qd. nō est dicēdū. ita voluit Bal. in. l. donatio. et in auc. ex restamēto. C. de collatio.

Fallit fauore dotis quia tunc tenet donatio si pa ter donec filie nomine dotis: vt in. l. pomponius. si ladelphus. ff. in reg.

Fallit quando statim ad aliū transferri debet et apud filium non remanet vt voluit Bart. in. l. si. cuz filius §. §. ff. de dona. et est tex. quez ipse allegat in

Non valet vide bal. in com si. cccxxx. in. §. p te sed qd de fa: cta inter matrē 2 filios vide do. pe. phi. cor. in cōs. clv. i. §. pte b. Primo fal lit. vide. do. pe. phi. cor. in cōs. cccxv. in. §. in cōs. clxxxix. in cipi. viso testō. h. ij. q. spāle est in. §. pte. beh. v. c. Quinto fal lit. Adde eun: dem do. bar. so ci. in cōs. cccv incipi. visa l. h. confirmo et in §. pte. Be. va. c. Octauo fallit. Ad hanc fallē. vide. do. pe. phi. cor. in cōs. cclxxxix. in lra. 3. et. r. in

parte et in cōf. cxxxvij. incip. quāq; in litte- ra. s. et seq. in f. parte et in con- si. cclvij. incip. q̄ q̄ in lra e. in cōf. cccvj. in- ci p. oportunitz in lra e. in. iij. p- te. et in p̄f. ix. in lra b. i. ij. parte Bene. va. b. Undecimo fallit vide. do. p̄e. phi. cor. in cōf. ciiij. incip. ad eidentiam in p̄in. in. iij. pte et in cōf. lxxix. in- cip. sed p totuz et in cōf. cxliij. incip. l3 p totuz et in cōf. clxxxv. incip. in lra in lra d. in. ij. pte et est dez. d. bar. soci. in cōf. xxi. incip. viij. h. sed p a- cto; circa medi- um in .i. parte. Bene. va. e. Est vide b. p̄e. phi. cor. in cōf. ciiij. f. lra d. in. ij. pte. et in cōf. cccvij. in- cip. p̄mitto. in lra. in. iij. p- te Bene. va.

l. profecticia. s. si quis. ff. de iure dotū. a. Fallit a vbi pater filio donat in potestate et in rat de nō renocare secundum Bal. in. l. irritam. C. de vsu pro donato. et sequuntur nouissimi. Fallit vbi pater donat filio vt hēat peculiū et po- stea eū emācipat tex. ē in. l. donatiōes in cōcubinā .s. p̄f. ff. de dona. quē dicit Ludo. de roma esse singu- larē ē em mibi hoc mirabile: qz si p̄ donauit filio vt hēat in peculiū: et moriat p̄ nō confirmat donatio et non confirmatur per emācipationē. et tñ in vtro- qz casu filius efficitur sui iuris. Fallit si donatio filio vt filius emancipetur. vt in l. line emancipetur. C. de dona. b. Fallit b si p̄ donat cā mortis: vt. s. si donatiōne C. de colla. in p̄n. et i. l. pe. ff. eo. ti. s3 in hac donatiōe ē pl̄ qz p̄firmat morte et si nō interueniat traditio sc̄z bal. in. l. si mortis cā. C. ad. l. fal. et rō qz ista do- natio h3 vim et effectū vitie voluntatis. vt no. i. l. q. ff. de leg. s. et in. l. si. ff. dona. cā mor. s3 i vitia voluntate si requir̄ traditio d̄ necessitate nisi testator velit spōte soluere: in vita legatarū; tex. ē sing. i. l. luci. ff. d̄ leg. ij. sec̄ autē si simplici p̄missiōe facta sit talis donatio filio: qz ad hoc vt cōfirmet morte requiritur tradi- tio. vt. l. papinian. ff. de dona. inter virū et vxo. arg. de illa donatiōe de qua ibi ad istā et arg. est bonū et huiusmodi fallētie seu casus. in quibz vsq; donatio facta a p̄e filio. ponit do. Lafrā. de oriano de viti- piā in. l. si donatiōne. C. de colla vbi vide per eum. Regula. ciiij.

**Donatio** inter virum et vxorem prohibita est: c vt in toto tit. ff. et C. de dona inter vir. et vxo. et in .c. donatio. extra eo. ii. etiam si traditio interueniat: vt est tex. in. l. iij. in. s. sciendum. ff. eo. ti. **Primo** fallit vbi cūq; coniuges faciunt sibi inuicem donatiōem reciprocam: videlicet si cōtingat alteri premori alieri supstes habeat bona sua: et tunc ppter dubiuz enentū valebit donatio: vt probat in. l. pater puelle. C. de inoffi. te- sta. et ibi hoc singu. not. quod doctores ibi sequun-

tur pro hoc vide bonā glo. in. l. si l3. in s3bo inter pri- uatos in. si. C. de pac. et pbat in. l. qd̄ sūt .s. si vir. ff. de dona. int̄ vir. et vxo. et b̄ etiā t3 Lud. de ro. in sua sing. qd̄ incipit phibiti int̄ se donare vbi ponit reg. ḡnalē q̄ phibiti inter se donare nō intelligunt si fa- ciant donatiōne reciproca: et ista limitatio d3 p̄redi- qñ donatio vni sequitur donatiōne alterius incōtinē- ti: secus si ex intervallo: qz tñ etiā donatio recipro- ca eēt inualida: vt est tex. in sing. in. l. q̄ vir unpte. ff. de dona. inter vir. et vxo. fm Ludo. de ro. in. d. sing. vbi subdit per illū tex. qz si ego donassem vxori mee hodie mille et postea hinc ad anū ipsa donasset mi- hi fundū vtrāq; donatio esset inualida ita d3 intel- ligi dicta limitatio et adde qz talis donatio mutuo nō intelligit phibita si dicat qz si donatio iteruius et nō posset renocari fm tex. in. l. vbi ita donatur. de dōa. causa mortis. nā talis dona. erit valida et nō in- diget cōfirmatiōe. et p̄ se qns nō interueniēte tradi- tiōe etiā post mortē bona peti poterūt ita not. intel- ligit pau. de ca. declar. do. Cy. in. d. l. pat̄ puelle. in. si. sed aduerte qz b̄ vltimū nō videt̄ verū. nāz videt̄ qz immo nō valeat donatio etiā mutua nec eēt mor- te cōfirmat nisi ambobz simul decedētibz vel quā- do aliter p̄firmat illa q̄ est facta sup iuētū: vt est ca- sus de vtroq; in. l. cuz hic stat. .s. ambo. ff. de dona. inter vir. et vxo. ibi cū simul decesserint. et in s3. per inde vbi vtrāq; donatiōne valere et ibi simul deces- serūt. et ibi qz vtrāq; alteri a p̄rio sensu si aliter su- peruixisset dona. forsitan voluisset non valere. a. Fallit a qñ fuisse facta donatio cū iuramen- to: nā per tale iuramentum videtur validari dona- ta tenet Bar. in. d. l. si quis p̄ eo. ff. de fideius. in si. et in. l. scyus. et augerius. ff. ad le. fal. et ista fuit opi. originalis Sui. de cu. in. l. s3 si possessori in. s. itez si iuramēto. ff. de iureiu. et istā opi. tenet Joā. de imo. in. l. si quis in inq̄litos. ff. delega. s. q̄ dicit se ita cōsu- luisse. sed cōtrariū tenuit et vxo. i. l. cuz qd̄ decedens .s. filia. ff. deleg. iij. l3 Bar. in. d. s. ricia loq̄tur de iuramēto assertorio tñ satis tenet idē in iuramēto cō-

a. Sc̄bo fallit vide. d. Alex. de imo. in p̄f. vij. p totū i. q. pte et in cōf. ciiij. vt in. vj. colli. in. ij. pte. et d. pe. phi. cor. i. p̄f. ciiij. in lra. i. in. ij. pte. et in p̄f. xl. in. lra a. circa fin. h. in iij pte. et qd̄ p est et in cōf. cccij. incl. v̄f. p totū et in cōf. cccij. in lra b. et abb. i cō- si. xlvij. et Lud. ro in p̄f. cclxxx iij. et pau d̄ ca. p̄f. cccvij. b. v.

firmatio: nā dicitur cōiunx nō est capax donatiōis cū iuramento. sed  
 Auto. de but. in. d. c. cū cōtingat. in penul. car. eē de iure in. t. q. iura-  
 mētū nō firmat cōtracto sed solū claudit os iurātis. q. opi. cōiter tene-  
 tur. Et q. iuramētū firmat ptractū qd. t. Archi. z Jo. an. l. c. ij. de pac.  
 in. vj. ibi sup. bo firmatū. dicit em. q. iuramētū dat robur pacto z nō  
 simplr claudit os iurantis. z idē sentit glo. i. d. c. ij. q. dicit q. pactū va-  
 let. ppter iuramentū. z idē tenet ibi dñs Dñicus z Joan. de ligna. et  
 Joā. calde. in prealleg. c. cū cōtingat: z hanc opi. que est in multis locis  
 illius. c. dicit esse cōmunē opinionē: z dicit q. est attēdēda. in iu-  
 dicādo. z pbatur in. c. ij. de par. vbi tex. dicit q. pacta debent oīno ser-  
 uari. propter iuramētū. z hāc opi. tenet oīno. ff. de sensu in consi.  
 rui. de materia. vide etiā p bal. in. l. j. C. de sac. san. eccle. z p oēs doc.  
 in. c. donatio. de donatio. in. v. r. z v. r. z in. d. c. cū cōtingat de iure.  
 iurā. z in. d. c. ij. de pac. lib. vj. sed limitari pōt dicta regu. vbi cūq. sa-  
 ctā donatiōe moueat. is de dicta donatiōe z ille cui donatū est alie-  
 net iusta cāq. sufficiat. ad donatiōē validā z donās nō apponet illi  
 exceptionē in cōtrariū z sic pñcietur donatiōē valere z donatarij  
 absoluatur: qz tūc si donās vellet postea cōuenire sic donatarij mo-  
 ueri poterit. exceptiōe rei iudicate: vt est casus valde notabilis cum  
 glo. in. l. spōsus. in. g. si vxor vel maritus. ff. de dona. inter virū z vxo.  
 facit. l. j. §. itē qri pōt. ff. de reb. z qd. ibi no. sed pñciēt p iudicē sine  
 aliqua iusta causa valere sententiā. esset ipso iure nulla. l. iij. §. scien-  
 dum. eo. titu. no. sing. in. d. §. si vxor vel marit. sed aduertit: qz vide-  
 tur q. ista limitatio non sit bona: quia licet sententia valet z obstat  
 exceptio rei iudicate z videatur impedire petitionē soluti: vt. l. iulia.  
 et. l. iudex. ff. de condi. z demon. tamē dico q. solutum potest conditio-  
 ne indebiti repeti: qz. d. l. iulianus. et. d. l. iudex. non procedūt. in sen-  
 tētiis pro eo q. vni ex legatoribus donare: prohibetur casus est in di.  
 §. si vxor vel maritus secundum bald. in. l. cum allegas. C. de vsur. z  
 Ludo. de roma. in suo singu. cccxi. quod incipit tu scis q. donatio. itē  
 si posset probari q. illa etiam fuisset facta in dicta sententia non va-  
 leret: vt. le. cum hi. §. si cum lis z ibi no. ff. de transactio.

Regula. cv.

**Donatio** inter virum z vxo. regulari ter morte mariti cō-  
 firmatur. le. sed interim. in principio. ff. de dona-  
 tione inter virū et vxorē cum concordati.

**Primo** fallit vbiq. maritus non tradidisset ante mortem  
 sed tantū reliquisset quia talis donatio morte mariti  
 non confirmatur: vt est glo. not. reputata singu. in. l. papinianus. §.  
